



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

3. An citatio die festo, vel ad diem festum facta sit prohibita & quo jure,
An testium examen die sacro factum valorem habeat, an appellatio? an in
ferijs observandis attendi debeat loc[us] rei, an ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

parvissimum tempus, mortalis noxæ re-
um constituit, quod à fortiori procedit
de actibus iudicii: secus, si res vendita non
esset magni momenti, ut vendere calceos
*Palautò. 1. tr: 9. disp: 2. pun: 3. num: 4. res: 6.
cit: §: non desinam.*

3. Sed cum strepitus judicialis confi-
stat in inchoatione causæ, quæ à citatione
remotè saltem incipit, formatione pro-
cessus & causæ cognitione, ac deniq; in
prolatione sententiæ: circa inchoatio-
nem *Dubitatio* est, an citatio die festo vel
ad diem festum fieri possit? Non pœni-
tet distinctionis ab *Oldrado* traditæ, ut si
die sacro facta sit, non valeat, sin die feria-
to alio, valeat *arg: L. 3. & ult: C. de fer: Bald:
incit L. sed communior sententia est: Citatio-*
nem decerni posse die feriatâ etiam sa-
crâ, ad diem non feriatam, quia citatio
non est judicialis, & sic cessat ratio. *cap: 1.
& ult: h. t. ob eandem rationem executio*
citationis die feriatâ fieri potest, quia est
facti, nec fit per *Judicem*, sed per nunti-
um vel *Notarium*, vel per litteras, nul-
lamq; causæ cognitionem exigit. *text in
cap: prudentiam cap: cum contingat de offic: de-*

leg: Gail: obs: 53. Ad secundum Dico citationem factam ad diem feriatam de jure Civili ex mente Interpretum esse nullam per L. 2. ff. *si quis in jus voc: non ier.* & L. fin. C. b. t. Jure verò Canonico valet; qui proceditur die sequenti non feriata. *cap: cū dilecti de dolo & contum. Gail: cit: nu: quoc* maxime verum est in iis causis, quæ diebus feriatis expediri possunt, ut sunt causæ alimentorum, carceratorum, pupillorum, viduarum, miserabilium personarum, & quæ moram non patiuntur, publicamque utilitatem aut privatam necessitatem respiciunt, valet enim citatio ad diem feriatam *cap. 4. & ult: hoc tit: & ratio est, quia ubi periculum in mora est, à regulis juris communis receditur L. de pupillo §. quis rivos. ff. de novi op: nunt: quodque legitimum non est, necessitas licitum facit cap: quod non est, de reg jur: in 6. quoad processum seu progressum litis etiam contrahitur, an testes in die festo examinari possint, & examinatio valorem habeat. Affirmant Canonistæ complures, modo juramentum (quod in omni causa tam spirituali quàm temporali prohibetur exigi in die*

in die festo) præcesserit die profesto, ver-
 ba enim textus in *1. cap: h. tit.* generalia
 sunt, & solum duplex exceptio ibi poni-
 tur, quæ non minus locum habet in tem-
 poralibus quam in spiritualibus: & ipsa
 examinatio quasi retrahitur ad diem
 juramenti præstiti. Sed negat Suar: *lib: 2.*
cap: 3. docens non solū prolationem Sen-
 tentiæ judicialis esse prohibitam & nul-
 lam die festo, sed etiam eius executionē,
 per *L. ut in die & L. ult: C. h. t.* in qua *L. ult:*
expresse dicitur, ut à cunctis executionibus ces-
setur, nulla quæquam urgeat admonitio, tace-
at apparitio præconis horrida vox silescat, ut
 meritò sub strepitu judicii citatio com-
 prehendi **N O B I S** videatur. Appellatio-
 nem verò esse permissam die festo tradit
Gl. & Panor: in cit: cap: ult: & rectè, quia spe-
 cies defensionis est jure naturali licita, &
 sine magno strepitu fieri potest. Panor: q̄
 præterea docet non posse coram vero Ar-
 bitro die festo judicium agitari, ut expres-
 sè habetur *L. omnes dies. C. eodem.* quia ille
 procedit judiciali modo ad instar judicis,
 posse tamen coram arbitratore, cum
 sit amicabilis compositor & conciliator
 pacis

pacis, ac fœdera & similia pacta non sint in die festo prohibita. Peti præterea potest an in feriis observandis attendendus sit locus rei, an Judicis, an actoris, dum contingit ferias esse in uno loco, & non in alio. Dico ex communi DD. quod attendi debeat locus Judicis, quia ubi agitur de ordinatione judicii, attenditur consuetudo fori aut loci, in quo exercetur, non autem consuetudo loci litigantium, & alias fieri posset, quod reus vel Actor haberet duplicatas ferias, nempe regionis suæ, & loci Judicis Panor: *in cap. ult. n. 29*. Et hæc de feriis: & *1. p. q. initio tituli. com.*

1. De tempore intra quod judicia peragenda sint: dicemus cap: 4. ubi de terminatione ordinis judicarij.

TITVLVS X.

DE PROBATIONIBVS IN
Genere.

C A S V S.

BAlduinus septimus Comes Flan-
driæ, Petrum virum nobilem, &
Orscampi Toparcham, ob duos bo-
ves par-